C. Tyrolen.

Ne te vana fides quorundam à tramite vero
Detrahat, hoc pacto iuncta Tyrolis erat.
Margaris hanc donat iam iā moritura Rudolpho,
Sanguinis hoc voluit multa fauentis amor.

C. Goritiæ.

Maximus Aemilius clarum iubar, extitit ingens
Fama Ducū Auſtriacûm, nomen, & omen habet.
Nomen, & omen habet, Cæſar patre Cæſare natus
Teſtis præ reliquis hic Comitatus erit.

C. Ciliens.



Fortibus eſt fortuna viris, nil curat inertes
Improbus, audendum eſt, omnia vincit amor.
Vicit amor patriæ Fridericum, hic ductus amore
Auſtriadum, Auſtriacis hæc loca iunxit agris.

C. Flandriæ.

Aemilium vniuit tædis illuſtribus olim
Cum Caroli gnata pronubus ipſe Deus.
Non minus hæc rerū, quàm mentis dotibus aucta,
Hunc tractum Auſtriacos fecit habere Duces.